

Vir Clariff. animoque meo cariffime. d. 20.
Octobr. 1582.

T, ut semper antehac

J. Gryneus.

EPISTOLA XVII.

S Libenter ad te, Vir Clariff. & mihi plurimum dilecte, scribo, quia tui ac tuorum memoriam circumfero & ea delector; ac me vobis omnibus cordi esse persuasum habeo. Πανοικί recte valeo: ac nudius tertius ex D. Zwingero (qui grassante peste fidem patriæ operam, sine προσωποληψία præstitit, & optime novit quo loco res nostræ sint) didici: remittere luem, & neminem ἐπίσημον nunc decumbere. Fortassis Deus qui circa solstitium æstivum ferula sua nos, ob peccata nostra, castigare cepit, circa hybernum solstitium, nostri miserebitur, nec consumet. Atque ut nostri misereatur toto eum pectore oro. Etsi autem multi illustres nobilesque Academiae nostræ hospites, discessere: tamen nonnulli remanserunt in hunc usque diem: nec pauci Exules Aca-deraici, e vicinia huc respectant, redituri, si quando ἔξω βελῶν positi videbimur. Est ta-

D 3

men